



**R. P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, E Societate Iesv, In  
Collegio Romano eiusdem Societ. olim Theologiæ  
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis, Disputationes  
Scholasticæ, Et Morales, De Sacramentis in ...**

**Lugo, Juan de**

**Lugduni, 1652**

Sect. 1. Vtrum Sacramenta nouæ legis constant rebus, & verbis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82340)



illa vice. Sic ergo ex lege eiusdem Dei extraordinaria posset assumi aliqua res ad significandam sensibilibiter gratiam pro tali casu singulari, licet illam non significaret in posterum.

Arguit ultimo P. Suarez, quia si ad Sacramenta non requireretur stabilis, & permanens institutio, sequeretur multa de facto fuisse Sacramenta, quæ tamen Sacramenta non fuerunt, v.g. verba Christi ad Magdalenam, *Remittuntur tibi peccata tua*. Item insufflatio Christi Ioan. 10. cum dixit Apostolis, *Accipite Spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.* In his enim nihil aliud desideratur ad rationem Sacramenti, nisi stabilis & permanens institutio, ex cuius defectu excluduntur à ratione Sacramenti.

Respondi potest, in primis illa verba, *Remittuntur tibi peccata tua*, non fuisse sacramentalia, quia non tam caularunt, quam significarunt remissionem peccatorum iam factam: prius enim dixerat iam Christus, *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. De insufflatione verò, & illis verbis, *Accipite Spiritum sanctum, &c.* non video, cur neget P. Suarez fuisse Sacramentum, per illud enim ordinati sunt Apostoli Sacerdotes, seu completa est eorum ordinatio quoad potestatem absolventi à peccatis, quam nondum acceperant, quando in ultima cæna acceperant potestatem consecrandi Eucharistiam, & offerendi Sacrificium legis novæ. Quamvis autem nunc Ecclesia non utatur insufflatione, quando Presbyteri ordinantur, non refert, quia ut notavit P. Vasquez cum aliis *rom. 3. in 3. part. disp. 239. n. 3.* in materiis & formis Sacramentorum aliquid fuit ab ipso Christo institutum pro tempore sequenti, aliud verò voluit à se, vel etiam ab Apostolis aliquando usurpari; cum enim esset auctor Sacramentorum, potuit per potestatem excellentiæ quam habuit, aliqua materia ipse uti, aliam verò pro sequenti tempore præscribere. Quod multis exemplis probat idem Vasquez ibi. Quamvis ergo nunc insufflatio non adhibeatur, adhibetur tamen loco illius manuum impositio cum eisdem verbis, *Accipe Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, &c.* Sicut etiam nunc ordinantur Sacerdotes, per traditionem hostiæ, & calicis cum vino, & aqua non consecratis; licet Christus illam materiam Apostolis non tradiderit, sed corpus & sanguinem suum iam consecratum.

## DISPUTATIO II.

## De materia &amp; forma Sacramentorum.

SECTIO I. *Utrum Sacramenta novæ legis consistant rebus & verbis.*

SECTIO II. *Utrum res, & verba in Sacramentis habeant semper modum materiæ & formæ.*

SECTIO III. *Utrum Sacramenta includant intrinsecè, & in recto materiam, & formam.*

SECTIO IV. *Utrum in Sacramentis novæ legis requirantur verba consecratoria, an concionatoria.*

SECTIO V. *Utrum requirantur materia, & forma determinata.*

SECTIO VI. *Quæ mutatio materiæ, & formæ nocet valori Sacramenti.*

SECTIO VII. *Utrum intentio Ministrum intret ad componendum intrinsecè Sacramentum.*

SECTIO VIII. *Quid sit in Sacramentis res tantum, & Sacramentum tantum, & res & Sacramentum.*



GENVS de essentia quasi metaphysica Sacramentorum; nunc eandem essentiam physicè considerabimus, examinando partes quasi physicas contra Sacramenta constant. Sermo autem est de Sacramentis novæ legis, nam de Sacramentis antiquis postea redibit disputatio.

## SECTIO I.

*Utrum Sacramenta novæ legis consistant rebus, & verbis.*

CERTUM est, id non requiri ad essentiam sacramenti in genere considerati: potuisset enim Deus talia nobis Sacramenta instituere, quæ non constarent rebus, & verbis: imo de Sacramentis legis antiquæ de facto id habent pro comperto Theologi communiter; quia in circumcisione nulla videtur fuisse verborum formula necessaria; quod de aliis Sacramentis illius legis videtur etiam dicendum, cum non constet, in eorum administratione fuisse aliqua verba præscripta, quæ dicerentur. Rationem autem reddunt communiter Theologi cum S. Thom. *in præsent. art. 6. ad 3.* quod sacramenta legis antiquæ erant obscuriora, sicut & ipse status, cui deferuebant: ideo non fiebant per verba, quæ clariora, & expressiora signa sunt, & ideo apponuntur in Sacramentis legis gratiæ, in quo sicut maior est lux, sic debuit esse clarior modus significandi.

Igitur de Sacramentis legis novæ concors Theologorum sententia est, quod in ipsis reperiantur res, & verba. Sic sentit S. Thom. *d. art. 6.* ac ceteri Theologi communiter: & quod caput est, ita habetur in Concilio Florentino, post sessionem ultimam in decreto Eugenij ad Armenos §. *Quinto Ecclesiasticorum*: vbi numeratis omnibus septem Sacramentis, de iis omnibus subiungitur: *Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona Ministrum.*

Rationem congruentiæ triplicem reddit S. Th. Prima desumitur ex parte Christi, qui his sacramentis utitur, ad nostrā sanctificationem: nam sicut Verbum Patris in Christo coniungitur carni sensibili, sic in sacramentis Verbum rei sensibili adhibetur, & per hoc magis assimilantur Christo. Secunda congruentia desumitur ex parte hominis, cui sacramenta applicantur, qui sicut componitur ex corpore, & anima; sic sacramenta habent rem sensibilem, quæ corpus tangit, & verbum, quod ad animam transit, & ab ea creditur. Tertia denique congruentia desumitur ex fine, ad quem instituuntur sacramenta, scilicet ad significandum; nam, ut dixit Augustinus *lib. 2. de doctrina Christiana, c. 3.* verba ob-  
tinent principatum inter omnia signa, propter maximam aptitudinem, quam habent ad significandum magis distinctè & in particulari conceptus nostros: ideo oportuit, ut significatio rerum, quæ de se erat magis confusa, & indeterminata, determinaretur per significationem verborum, quæ est magis clara, & expressa. Præcipuum tamen fundamentum desumitur partim ex Scriptura, in qua constat requiri res, & verba in multis sacramentis, ut in Baptismo, Eucharistia, & ceteris; partim ex traditione

1.

S. Thom.  
Cur sacramenta antiquæ legis non constarent verbis.

2.

S. Thom.  
Conc. Flor.

Sacramenta novæ legis tribus constant, rebus, verbis, & ministro.  
Ratio congruentiæ ex D. Thoma triplex.

Augustin.

Fundamentum tamen ex Scriptura & traditione desumitur.

Insufflatio Christi in Apostolos fuit sacramentum, per quod ipsi ordinati sunt, aut saltem completa est eorum ordinatio.

Vasquez.



traditione perpetua Ecclesiae, quae in omnibus sacramentis hanc necessitatem cognouit.

3. *Durand.* Contra hanc communem doctrinam est duplex obiectio vulgaris, ob quam Durandus in 4. dist. 1. q. 3. n. 8. sentit, eam doctrinam non esse vniuersaliter veram. Prima desumitur ex sacramento Pœnitentiae, quod videtur perfici solis verbis, nempe confessione pœnitentis, & absolutione Sacerdotis; ergo non omnia perficiuntur rebus & verbis. Nec satisfacit quod aliqui respondent, hoc sacramentum includere etiam satisfactionem; satisfactio enim non est pars essentialiter requisita ad sacramentum. Eugenius autem in illis verbis loquitur de essentialiter requisitis, ut constat ex verbis sequentibus, *quorum si aliquod desit, non perficitur Sacramentum*. Præterea de ipsa satisfactione potest fieri idem argumentum, cum possit contingere, quod satisfactio etiam sint verba, si v.g. pro pœnitentia imponatur, recitare semel coronam, vel psalterium; tunc enim ex hac etiam parte sacramentum constaret solis verbis.

4. *Quomodo sacramentum Pœnitentiae non censetur solis verbis, ut obijcit Durand. duplex explicatio.* Huic obiectioni dupliciter responderi potest. Primum in sacramento Pœnitentiae non solum innescere ex parte materiae confessionem externam, sed etiam dolorem internum, & ex hac parte iam non constat solis verbis. Dices, materiam secundum se non esse sensibilem, nisi prout sit sensibilis per verba, quibus pœnitens confitetur suum peccatum; ergo tota materia sensibilis reducitur tandem ad sola verba. Respondetur negando consequentiam, quia licet tota materia in eo casu fiat sensibilis per verba; non tamen reducitur ad sola verba tota materia, quæ est sensibilis, cum contritio sit etiam sensibilis. Porro Pontifex in prædictis verbis nomine materiae intellexit non solum confessionem, sed etiam contritionem internam, ut constat ex §. *Quartum Sacramentum*, ubi dicit, in sacramento Pœnitentiae actus pœnitentis esse quasi materiam, scilicet cordis contritionem, oris confessionem, &c.

5. Secundò responderi potest in sacramento Pœnitentiae præter verba absolutionis, & confessionis concurrere etiam peccata ipsa, tanquam materiam remotam; quæ licet non sint materia proxima, nihil refert, nam Eugenius in illo decreto non minus videtur loquutus de iis, quæ concurrunt, & requiruntur, tanquam materia remota in sacramento, quam de materia proxima, quia in Baptismo solum nominat tanquam materiam aquam, quæ tamen est materia remota; in Confirmatione solum Chrisma, in Eucharistia solum panem, & vinum; in Extrema unctione solum oleum benedictum, in Ordine calicem, patenam, & cætera quæ portiguntur; quæ omnia constat esse materiam solum remotam, sicut sunt peccata in sacramento Pœnitentiae.

6. Dices, continget aliquando, quod ipsa peccata fuerint etiam peccata oris, & per consequens ipsa quoque fuerint verba. Respondetur nullum dari peccatum oris, quin præcedat peccatum cordis, nam de corde exeunt falsa testimonia, blasphemias, & cætera. Quare semper inuenietur ex parte materiae aliquid præter verba.

7. *Secunda obiectio (petra ex sacramento Matrimonij.* Secunda obiectio est ex sacramento Matrimonij, quod solis verbis perfici videtur; illis scilicet, quibus coniuges mutuum consensum exprimunt. Huic difficultati plures, & valde diuersæ sunt solutiones, sicut & sunt diuersæ Doctorum sententiæ in assignanda materia, & forma sacramento Matrimonij; de quo videri possunt ultra alios P. Thomas Sanchez lib. 3. de Matrimonio, disp. 5. & P. Vasquez tom. 4. in 3. part. in tract. de sacramento matrimonij, disp. 3. Qui autem verisimilius loquuntur, possunt ad tres classes reduci. Prima est eorum, qui dicunt, consensum

contrahentium esse res, & materiam sacramenti huius; verba autem, quibus eos exprimunt, esse formam. Pro hac sententia adducuntur Alex. de Neuo, Syluester, Nauarrus, Humada, Capreolus, Beja, & alij, quos refert Sanchez n. 2.

8. Ipse Sanchez cum aliis eam impugnat, ex eo quod consensus, prout distinctus à verbis, non est res sensibilis; ergo prout sic, non potest esse materia adæquata sacramenti, quia licet contritio, quæ etiam secundum se est res insensibilis, sit materia partialis sacramento Pœnitentiae, cæterum materia totalis non potest esse aliquid insensibile. Si autem consensus sit materia, prout sit sensibilis per verba, iam includeretur ipsa verba in materia, & per consequens illud non tam esset materia, quam totum compositum ex materia & forma.

9. Hanc rationem reiecit Vasquez n. 24. eo quod supponat probandum, quod scilicet materia totalis non possit esse id, quod secundum se est insensibile, & sit sensibilis per formam, hoc enim difficile potest probari, quia sicut materia partialis potest esse id quod secundum se est insensibile, sed sit sensibilis per alteram partem materiae, ut contritio, quæ sit sensibilis per confessionem, cur etiam non poterit esse materia totalis id, quod secundum se est insensibile, sit tamen sensibilis per alteram partem eiusdem compositi, scilicet per formam. Iam enim illud totum resultans erit signum sensibilis, & sacramentum, in cuius definitione ponitur, quod sit sensibilis, non vero in definitione singularium partium secundum se.

10. Aliter ergo impugnat ipse Vasquez illam sententiam, quia scilicet omne illud, quod in aliquo composito gerit munus materiae in ordine ad alteram partem tanquam ad formam, debet esse aliquid magis indifferens, & determinabile ab altera parte, quæ ideo dicitur forma, quia est ultimus actus determinans, & actus indifferens materiae, ut constat ex inductione, tam in compositis artificialibus, quam naturalibus, & præsertim in omnibus aliis sacramentis, in quibus materia semper est aliquid indifferens, & forma determinat illam indifferenciam ad significandum hoc potius, quam illud; sic aqua in Baptismo, oleum in Confirmatione, & Extrema unctione, &c. sunt ex se indifferencia ad significandam abluitionem internam, sanitatem confortationem spiritualem, & determinantur per verba ad talem significationem. Consensus autem internus coniugis non magis est indifferens, aut indeterminatus, quam verba externa, cum feratur ad talem numero coniugem perpetuò accipiendum, & ad omnia alia, ad quæ feruntur verba; ergo non est, cur dicatur ille consensus esse materia respectu verborum externorum.

11. Addere possumus ad impugnandam eandem sententiam, si consensus internus coniugis esset materia in sacramento Matrimonij, eodem modo consensum internum Episcopi ordinantis, verbi gratia, fore materiam sacramenti Ordinis; neque enim magis significatur consensus internus coniugis per verba externa, quibus significat, se dare coniugi potestatem supra suum corpus, nec minus essentialiter requiritur consensus internus Episcopi ad valorem sacramenti Ordinis, quam consensus internus coniugis ad valorem Matrimonij; ergo non minus erit materia vnus consensus, quam alius; nemo autem dixit consensum internum Episcopi esse materiam; ergo nec hunc alium debemus dicere esse materiam Matrimonij.

12. Confirmatur, quia Eugenius I V. in illo decreto aperte distinxit inter materiam Sacramenti, & Eugen. I V. intentionem



Tertio ex eo quod distinctio-  
guatur ma-  
teria ab in-  
tentione mi-  
nistri ex Eu-  
genio.

intentionem ministri; dixit enim *hec omnia sacramen-  
ta tribus perficiuntur, videlicet rebus, tanquam materia,  
verbis tanquam forma, & persona ministri conferentis sa-  
cramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia,*  
&c. Ergo consensus internus contrahentium non  
est materia in Sacramento Matrimonij, nam ille  
consensus internus est intentio celebrandi illud  
sacramentum, neque enim habent aliam volunta-  
tem, aut intentionem internam coniuges, nisi illum  
consensum internum, quem expriment per verba;  
vel certe non est necessaria alia intentio; nam con-  
sensus internus est voluntas obligandi se alteri coni-  
ugi: hæc autem est voluntas faciendi id, quod nec-  
essarium est ad obligationem contrahendam, &  
per consequens faciendi verum, & legitimum Ma-  
trimonium: ergo sicut Pontifex nomine materiæ  
non intellexit voluntatem internam, quam habet  
Episcopus, quando ordinat Presbyteros, dandi il-  
lis potestatem offerendi sacrificium, & absolvendi,  
&c. Hæc enim voluntas includitur in intentione  
ministri, quæ ibi etiam exigitur: sic in Matrimonio  
per materiam non potuit intelligere voluntatem  
internam coniugis dandi alteri coniugi potestatem  
supra suum corpus, quia hæc voluntas significatur  
etiam nomine intentionis faciendi verum matri-  
monium.

13.  
Alij respon-  
dunt corpora  
contrahentium  
fieri vice re-  
rum in hoc  
sacramento.

Secunda ergo responsio principalis est, in Sacra-  
mento Matrimonij non interuenire sola verba, sed  
res etiam, nempe corpora contrahentium, quæ tra-  
duntur inuicem, & quæ sunt materia huius sacra-  
menti, sicut in sacramento Ordinis est materia, ca-  
lix, patena, candelabrum, liber, clauæ, & alia, quæ  
traduntur: forma vero verba, quibus traduntur: sic  
in Matrimonio materia sunt corpora, quæ tradun-  
tur, forma verò verba, quibus traduntur; tum quia  
non potest aliter explicari materia huius sacra-  
menti, tum etiam à priori, quia cum Christus eleuauerit  
ipsum contractum Matrimonij inter fideles cele-  
bratum ad rationem sacramenti, nihil prorsus mu-  
tauit in contractu, sed illum eundem legitimum  
contractum, qualis in se erat eleuauit, ut esset simul  
sacramentum: illud ergo erit materia huius sacra-  
menti, quod esset materia illius contractus: in con-  
tractu autem illud est materia contractus, quod per  
talem contractum datur, v. g. in emptione domus  
quæ venditur; in commodato equus, qui commo-  
datur, & sic de alijs; ergo in contractu matrimonij  
materia sunt corpora quæ inuicem traduntur per  
illum contractum, & per consequens eadem corpo-  
ra erunt materia in hoc sacramento. Pro hac sen-  
tentia afferuntur Paludan. Petrus de Soto, Adrian.  
Antoninus, Couarr. quos affert, & sequitur P. Val-  
quez *vbi supra c. 5.* quibus addit P. Sanchez Palatium  
eandem tenentem, & Capreolum ac Bartholo-  
mæum D. Medina dicentem eam esse probabilem.

Paludan.  
Petrus de  
Soto.  
Adrianus.  
Antonin.  
Couarr.  
Valquez.  
Palatius.  
Capreolus.  
Medina.

14.  
Contra hanc sententiam arguunt aliqui, quia  
materia sacramenti concurrat ad producendam gra-  
tiam; contrahentes autem in matrimonio non con-  
currunt nisi medijs suis actibus; ergo ipsimet non  
sunt materia. Sed hæc ratio non virget, quia ipsi  
contrahentes iuxta veram sententiam sunt mini-  
stri, & per consequens causant gratiam, siue phy-  
sicè, siue moraliter; ergo non est mirum, si concurrant  
etiam alio titulo, quatenus sunt materia, neque in  
hoc est aliqua indecentia.

15.  
Impugnatur  
illa sententia  
retorquendo  
argumentum  
exemplo ordi-  
nationis, Epi-  
scopi, Oritia-  
ry.

Melius impugnari potest retorquendo ipsum ar-  
gumentum, quo vitur pro fundamēto: nam in alijs  
sacramentis non est materia sacramenti id, quod  
tradi intenditur, sed id, per quod significatur illius  
traditio, v. g. in ordinatione, & consecratione Epi-  
scopi, quæ est quoddam matrimonium spirituale,  
P. Ioan. de Lugo de Sacramentis.

quod Episcopus contrahit cum sua Ecclesia; tan-  
quam cum sponsa, ibi certè traditur Episcopo pote-  
stas supra sponsam, hoc est supra suam Ecclesiam, &  
supra fideles, qui in illa sunt: nemo tamen dixit, ip-  
sam Ecclesiam, seu illos fideles, ex quibus constat,  
esse materiam in eo sacramento, sed potius vnctio-  
nem, vel librum, per cuius traditionem significatur  
traditio potestatis supra Ecclesiam. Similiter in or-  
dinatione Ostiarij traditur ei potestas aperiendi, &  
claudendi Ecclesiam, & tamen non est materia in  
illo Sacramento Ecclesia ipsa, sed porta, & clauæ: quæ  
ab Episcopo traduntur, quæ sunt clauæ, & porta ali-  
quando, non quidem Ecclesiæ, sed cubiculi priuati  
ipsius Episcopi, per illas tamen significatur traditio  
clauium Ecclesiæ. Similiter in ordinatione Sacerdo-  
tis materia apud Græcos est sola manuum imposi-  
tio absque vlla traditione calicis, aut patenæ, imò  
& apud Latinos, quando confertur potestas absol-  
uendi, materia etiam est sola manuum impositio,  
forma verò illa verba: *Accipe Spiritum sanctum, quo-  
rum remisisti peccata,* &c. vbi id quo tradi intenditur,  
est potestas supra fidelium animas, & tamen fideles  
non sunt materia, sed potius illa impositio manuū,  
per quam significatur traditio potestatis, & sic de  
alijs. Non est ergo bona consequentia, in matrimo-  
nio traduntur corpora contrahentium inuicem, er-  
go ipsa corpora sunt materia huius sacramenti.

Vnde retorqueri etiam potest, quod de materia  
contractuum assumerebatur, neque enim idem est id,  
quod per contractum tradi intenditur, & id per quod,  
tanquam per materiā celebratur: nam in emptione  
domus id, quod tradi intenditur, est ipsa domus, id  
autem, per quod significatur, & celebratur ipsa tra-  
ditio, sunt clauæ, vel scriptura, per quarum traditio-  
nem celebratur contractus, quare clauæ, vel scri-  
ptura sunt materia, ex qua propriè constat contra-  
ctus ille; domus verò est materia, circa quam, seu  
obiectum quod intenditur vendi & transferri. Nos  
autem in præsentī non querimus de materia, circa  
quam tanquam circa obiectum versantur sacramenta;  
nam ordinatio Sacerdotis versatur circa peccata fi-  
delium, ad quæ remittenda accipit potestatem, & circa  
corpus Christi, ad quod consecrandum, & offeren-  
dum ordinatur; sed agimus de materia, ex qua confi-  
ciuntur sacramenta, tanquam ex eo, per quod signi-  
ficatur effectus, qui intenditur: in hac autem consi-  
deratione, non est materia res ipsa, quæ venditur,  
vel datur, sed illa, per quam id significatur.

Hinc possumus secundò impugnare illam senten-  
tiam, & declarare vim præcedētis rationis, quia no-  
mine materiæ sacramentalis id omnes intelligunt,  
non ad quod vtrunque dicit ordinem ipsum sacra-  
mentum, sed cuius interuentu exercetur, & ponitur,  
vt constat in omnibus alijs sacramentis, in quibus  
omnibus interuenit realiter, ipsa materia, vt ablutio  
in Baptismo; vnctio in Confirmatione, & Extrema  
vnctione; panis, & vinum in Eucharistia; traditio ca-  
licis in Ordinatione; confessio peccatorum in Pœni-  
tentia, &c. At verò corpora contrahentium possunt  
non interuenire tunc, quando fit sacramentum Ma-  
trimonij, tunc scilicet quando fit per procuratorem,  
qui contrahit nomine coniugis absentis; in quo casu  
Sacramentum Matrimonij fit Romæ, v. g. vbi procura-  
tor consentit; corpus autè coniugis est in Hispania;  
quod si vterque coniux contrahat per procura-  
torem, vt fieri potest, tunc ibi, vbi fit sacramentum,  
nullum corpus coniugis vllius interuenit; & tamen  
ibi fit totum sacramentum (suppono enim cum ve-  
ra, & recepta communiter sententia matrimonium  
per procuratorem contractum, esse verum sacra-  
mentum); ergo corpora contrahentium non sunt

16.  
Neque ipsa  
domus qua  
emittitur, in  
emptione do-  
mus est ma-  
teria ex qua  
ipsius contra-  
ctus, sed circa  
quam.

17.  
Impugnatur  
ulterius ex eo  
quod mate-  
ria sacramenti  
propriè fit id  
cuius Inter-  
uentu vel usu  
exercetur, vt  
ablutio, vnc-  
tio.

B materia,



materia, ex qua fit hoc sacramentum in eo sensu, in quo Theologi loquuntur de materia sacramenti.

18.  
Vasquez.

Dupliciter potest responderi ex doctrina eiusdem Vasquez c. 6. in principio. Primum, non requiri materiam ex qua, in omnibus sacramentis, nam in Eucharistia non datur materia ex qua, sed circa quam, scilicet panis, & vinum, quare idem dici poterit de Matrimonio, non habere materiam ex qua, sed circa quam, nempe corpora contrahentium.

Hæc responsio reiici potest, primo quia supponit falsum, nempe in Eucharistia non esse materiam ex qua; contrarium enim est verius, nam species panis, & corpus Christi component etiam illud Sacramentum, non autem intrant ut forma; ergo ut materia illius: de hoc tamen dicemus inferius agentes de Eucharistia. Secundò reiici potest, quia saltem in omnibus sacramentis inuenitur aliqua materia, quæ interueniat ibi, ubi, & quando fit Sacramentum, & in ipsa Eucharistia interueniunt panis & vinum, quæ debent esse ibi, ubi fit Sacramentum; ergo in Matrimonio debet etiam assignari aliqua materia, quæ interueniat ibi, ubi fit Sacramentum, qualia non possunt esse corpora contrahentium, quæ aliquando longissime absunt à loco, ubi fit Matrimonium, ut vidimus. Tertio denique, quia si corpora sunt materia matrimonij, ideo erit, quia ea sibi inuicem tradunt contrahentes, ac per consecrationem eorum traditio erit materia proximam in aliis sacramentis, in quibus id, quod traditur, est materia remota sacramenti, eius traditio est materia proxima, ut in ordinatione Sacerdotis, calix cum vino, & aqua, & patena cum hostia: in ordinatione Diaconi liber Euangeliorum; in ordinatione Subdiaconi calix, & patena; in Acolythis candelabrum; in ostiario clauis, &c. horum autem omnium traditio est materia proxima horum sacramentorum; ergo similiter in matrimonio, si corpora sunt materia, quia traduntur, ipsa eorum traditio erit materia proxima; sicut in aliis sacramentis, hæc autem traditio sunt verba, & nihil aliud; ergo verba sunt materia proxima huius sacramenti.

19.  
Neque etiam dici potest ut vult Vasquez quod contractus emptionis domus constet ex domo & pecunia tanquam ex materia.

Lessius.

Licet materia circa quam contrahitur sit terminus obligationis, non tamen includitur in essentia contractus ut patet ex definitione.

militer in contractu matrimonij non includuntur

corpora quæ traduntur, sed obligatio, seu promissio mutua inducens obligationem circa illa corpora.

Secundò reiicitur, quia si sacramentum Matrimonij, eo quod in eo datur coniugibus mutua potestas supra corpora, dicitur constare ex ipsis corporibus, eodem modo dici debet sacramentum Ordinis constare ex animabus subditorum, cum in ordinatione Presbyteri detur etiam ei potestas supra animas fidelium, & multò magis in consecratione Episcopi detur ei potestas supra suam Ecclesiam, cui verè obligatur tanquam sponsæ, & quæ ei manet mutuo obligata. Consequens autem nemo conceder, aut cōcessit, ergo nec in matrimonio id debet admitti. Unde iam constat solutio ad fundamentum illius sententia; concedimus enim illud, quod per contractum venditur, vel transfertur, posse in aliquo sensu appellari materiam contractus, hoc est, obiectum, circa quod versatur, sicut obiectum scientiæ appellari solet materia illius, non tamen eo sensu in quo agimus, & in quo loquuntur Theologi de materia sacramenti, ut constet ex cæteris sacramentis, in quibus non assignatur pro eorum materia id, quod solum se habet ut obiectum.

Tertia ergo sententia principalis docet, verba vtriusque coniugis esse simul materiam, & formam huius sacramenti. Quod quidem non omnes eodem modo explicant; nam aliqui dicunt, verba prioris coniugis esse materiam, verba autem posterioris esse formam, quia determinat, complet, & perficiunt priora, sub quibus adhuc erat imperfectum, incompletum, & indifferens matrimonium. Pro hac afferuntur, Richardus, Angelus, Victoria, Henriquez, Bartholomæus à Ledesma, Vega, & alij, quos referunt Sanchez ubi supran. 5. & Vasquez c. 2. n. 8.

Hic modus dicendi communiter reiicitur, & merito; quia potest contingere, quod verba vtriusque coniugis, simul eodem tempore proferantur, vel consensus vtriusque simul exprimat; in quo casu nulla esset materia, & forma in illo sacramento, cum tota ratio materiæ, aut formæ desumatur ex ordine, quo prius, vel posterius coniuges suum consensum exprimunt; posse autem illum casum de facto contingere, probatur, quia saltem ante Concilium Tridentinum fieri poterat, ut per solam copulam carnalem præmissis sponsalibus, matrimonium contraheretur, ut constat ex c. si quis, de sponsalibus, & ex simili casu in cap. 2. & c. finali, de coniugio seruorum; & nunc etiam ubi Tridentinum receptum non est, eodem modo seruandum erit: imò etiam ubi Tridentinum est receptum, contingere poterit, quod per copulam maritali affectu habitam, aliquod matrimonium prius inualidum incipiat habere valorem in aliquibus casibus, ut docet Sanchez lib. 2. de Matrimonio, disp. 37. num. 14. tunc autem neuter coniux suum consensum prior exprimit, sed vterque simul; ergo fiet illud sacramentum absque vlla materia & forma.

Alij ergo dicunt, verba, vel signa contrahentium eandem esse materiam, & formam, sed sub diuersis rationibus; nimirum materiā sub ratione traditionis, formam verò sub ratione acceptationis, singuli enim & tradunt se mutuo coniugi, & acceptant traditionem alterius coniugis. Traditio autem quatenus traditio, est imperfecta, & suspensa, donec acceptetur; accedente verò acceptatione, perficitur & compleretur; ergo acceptatio est forma perficiens traditionem; cum autem reperitur ibi duplex traditio, & duplex acceptatio significata iisdem verbis, consequens est, ut illa duplex traditio sit materia, acceptatio verò sit forma cōpleta huius sacramenti; hanc

20.

Reiicitur etiam exemplo sacramenti Ordinis.

Res ipsa circa quam contrahitur in aliquo sensu dicitur materia contractus, hoc est obiectum non tamen eo sensu in quo agitur de materia sacramenti, ut constet ex cæteris sacramentis.

21.  
Tertia sententia.

Richardus, Angelus, Victoria, Henriquez, Bartholomæus à Ledesma, Vega.

22.

Reiicitur prior modus quo explicatur hac sententia.

Sanchez.

23.

Alter modus explicandi materiam per modum traditionis, & formam per modum acceptationis.



Sotus.  
Bellarm.  
P. Thom.  
Sanchez.  
Suarez.

24.  
Vasquez.  
Regitur a  
Vasquez ex  
eo quod non  
includatur  
aliud.

25.  
Refutatur  
Vasquez.

26.  
Vasquez.  
Melius regitur  
exemplo alio-  
rum contra-  
hientium in qui-  
bus accepta-  
tio non est  
forma.  
Neque de ra-  
tione dona-  
tionis est pra-  
cedere, acce-  
ptionis vero  
subsequi ut  
patet.

Neque hoc re-  
sponso soluit  
difficultatem  
propositam.

hanc sententiam docuit Sotus, Bellarm. & alij plu-  
res, quos refert & sequitur P. Thomas Sanchez d.  
disp. 5. n. 6. & P. Suarez in *presenti* disp. 2. sect. 1.

Pater Vasquez c. 2. n. 18. impugnat hanc senten-  
tiam, quia confundit materiam cum forma; nam in  
huiusmodi contractibus mutui ille, qui tradit, non  
tradit absolute, sed sub conditione, si alter etiam  
tradat ex parte sua; ergo ille qui acceptat traditio-  
nem alterius, cum non acceptet traditionem abso-  
luta, sed conditionata, eo ipso quod illam acceptat,  
vult ponere ex parte sua conditionem, scilicet reci-  
pirocum traditionem sui, quare ipsamet acceptatio  
considerata quatenus acceptatio est, videtur iam in-  
cludere traditionem; ergo si quatenus acceptatio,  
est forma, & quatenus traditio est materia, sequitur  
quod quatenus forma sit etiam materia, & per con-  
sequens quod confundatur forma cum materia.

Hoc argumentum non videtur efficax, quia licet  
traditio coniugis non sit absoluta, sed sub conditio-  
ne reciprocae traditionis, adhuc in acceptance alteri-  
us coniugis possumus inuenire duas rationes  
formales ad quate distinctas, traditionis, & acce-  
ptionis, quas posset diuersis verbis exprimere.  
nam si Petrus, v. g. promittat mihi librum, si ego vo-  
lo ei dare pallium; ergo possum ei respondere, volo  
ei dare pallium; ergo possum ei respondere, volo ti-  
bi dare pallium, & noto acceptare promissionem  
libri, ecce promissionem reciprocum sine accepta-  
tione; possem item respondere, accepto promissio-  
nem tuam conditionalem, & cogitabo paulisper de  
conditione ponenda, vel non ponenda: ecce acce-  
ptionem sine repromissione, possem denique di-  
cere, promitto tibi pallium & accepto promissio-  
nem tuam: ecce promissionem & acceptance, si-  
gnificantes tamen per verba diuersa, nam per prio-  
ram solum significo promissionem, non acceptance-  
nem, per posteriora acceptance, non promissionem.  
De facto ergo coniux cum dicit, *accipio te in coniugem*,  
illa verba aequivalent his, *trado tibi corpus, & accepto  
traditionem tuam*; quatenus significant traditionem, di-  
cit hanc sententiam habere rationem materiae, quatenus  
significant acceptance, habere rationem solius  
formae absque vlla confusione materiae cum forma.

Melius arguit idem Vasquez n. 16. contra illam  
sententiam argumento desumpto ex aliis contracti-  
bus, vel donationibus, in quibus nemo dixit, acce-  
ptionem doratarij esse formam donationis, nec  
potest id rationabiliter dici; nam acceptatio ex se  
non magis est posterior, quam prior donatione; sicut  
enim potest donatio praecedere, & subsequi acce-  
ptatio complens, & perficiens donationem; sic po-  
test praecedere acceptatio seu petitio, & subsequi  
donatio, seu promissio complens stipulationem  
perfectam, ut constat ex l. 1. §. *si quis*, de verborum  
obligationibus. Deinde acceptatio non habet in se  
aliquam maiorem determinationem, ratione cuius  
ipsa potius determinet significationem traditionis,  
quam e contra: tam enim determinata est traditio  
corporis, quam acceptatio corporis; ergo non est,  
cur magis acceptatio sit forma respectu traditionis,  
quam traditio respectu acceptance. Quare, si in  
aliis sacramentis, v. g. in ordinatione, ille, qui ordi-  
natur, deberet acceptare potestatem traditam per  
certam verborum formulam, quae essentialiter exi-  
geretur ad valorem sacramenti, & quibus determi-  
nate significaret potestatem sibi traditam; tunc illa  
verba pertinerent ad formam sacramenti, non ta-  
men sola, sed etiam verba Episcopi tradentis pote-  
statem. Denique illa responsio adhuc non videtur  
dissolvere difficultatem, quomodo scilicet in sacra-  
mento Matrimonij interueniant res, & verba, nam  
P. Ioan. de Lugo de *Sacramentis*.

tota illa traditio, quae ponitur pro materia, non mi-  
nus constat ex solis verbis, quam acceptatio, quae  
ponitur pro forma; ergo tandem totum sacramen-  
tum fit per sola verba tam ex parte materiae, quam  
ex parte formae.

Hinc potest impugnari solutio aliorum, qui di-  
cunt, verba illa in singulis coniugibus posse dupli-  
citer considerari, scilicet vel ut sunt recipientis, vel  
ut sunt ministrantis sacramentum. nam vnusquis-  
que est, & recipiens sacramentum ab altero coni-  
uge, & ministrans idem sacramentum alteri coniugi;  
& quidem illa verba prout proferuntur à ministra-  
te, sunt forma, prout verò proferuntur à suscipiente  
sunt materia, quia in aliis sacramentis, quando reci-  
piens sacramentum per aliquem actum externum  
essentialiter requisitum ad eorum constitutionem  
concurrit, ille actus habet rationem materiae, ut  
constat in sacramento Poenitentiae, & ratio est, quia  
ille actus recipientis sacramentum, quatenus reci-  
piens est, concurrat ad sacramentum essentialiter,  
& non ut forma, recipiens enim ut sic, formam non  
apponit; ergo ut materia, quia nihil aliud concu-  
rit ad essentiam sacramenti, nisi minister cum in-  
tentione debita, & materia & forma, ut constat ex  
citatis verbis Eugenij IV.

Hic etiam modus explicandi impugnatur (ut dixi)  
ex supradictis, quia ille actus siue se teneat ex parte  
recipientis, siue ex parte conferentis, si tamen non  
est magis indeterminatus ex se, non videtur posse  
comparari tanquam materia respectu alterius actus  
aeque indeterminati, vel non magis determinati; quia  
forma, ut saepe diximus, debet determinare, & actua-  
re indifferentiam & potentialitatem materiae. Quod  
autem ille actus ut sic se teneat ex parte recipientis  
sacramentum, parum refert; neque enim repugnat  
recipienti apponere formam rei, quae de nouo reci-  
pitur, ut constat in naturalibus, quando homo per  
nutritionem recipit augmentum per nouas partes  
viuentes, quas recipit, quarum partium forma est  
ipsa anima hominis recipientis illud augmentum;  
similiter ignis recipit alimentum ab oleo, & appo-  
nit in illa materia suas qualitates, & suam formam.  
Nec exemplum aliorum sacramentorum quidquam  
probat; nam actus poenitentis in sacramento Po-  
enitentiae, non ideo non sunt forma, quia tenent se  
ex parte recipientis, sed quia significant minus ex-  
presse, & minus determinate, quam verba absolu-  
tionis: illud autem est forma sacramenti, ut dixi-  
mus, quod determinat & exprimit in ratione signi  
indifferentiam, & confusionem aliorum signorum.  
Denique in hac etiam solutione restat explicanda  
praecipua difficultas, quomodo scilicet in Matrimo-  
nij sacramento concurrant res, & verba, & non sola  
verba vtriusque coniugis.

Inter has solutiones, Tertia mihi magis placet:  
eam tamen paulò aliter sic explico. Dico igitur, in  
verbis, seu signis contrahentium reperiri materiam,  
& formam huius sacramenti: nam in illis reperiun-  
tur distincta virtualiter, & traditio rei, & verba qua-  
duo, quando condistinguntur inter se, sunt materia  
& forma in aliis sacramentis, v. g. in sacramento  
Ordinis reperitur traditio calicis, cum vino & aqua,  
& patenae cum hostia, & reperiuntur praeterea  
verba, quare traditio concurret ut materia, verba  
autem ut forma; sic etiam in emptione potest in-  
teruenire & traditio clauium domus venditae, &  
simul verba, quibus fit venditio. Aliquando ve-  
rò poterit totus contractus emptionis verbis per-  
fici, quae habeant vtramque vim absque alia tra-  
ditione, nam de substantia emptionis non est tra-  
ditio, ut ex communi sententia tradit Lessius lib. 2.

utrumque  
enim tã tra-  
ditio, quàm  
acceptatio  
constat ex so-  
lis verbis.

27.  
Dixerat con-  
sideratio in  
contrahente  
matrimonij,  
ministri scilicet,  
& suscipi-  
entis.

28.  
Reijcitur etiã  
hic modus,  
quia scilicet  
ille actus ex  
ut ministri  
eius subiecti  
est aequaliter  
indetermina-  
tus.

Deinde ma-  
net semper  
praecipua dif-  
ficultas.

29.  
Vera solutio  
authoris, eo  
quod traditio  
rei & verba  
traditionis  
saltem vir-  
tualiter dif-  
ferant, quod  
sufficit.

Aliquando  
totum contra-  
ctus emptionis  
verbis  
perficitur.  
Lessius.



*de iustitia, c. 21. dub. 1. n. 1.* & licet regulariter ad transferendum dominium requiratur traditio: hoc tamen est non ex natura rei, sed ex iure ciuili, & non in omnibus casibus, vt docet idem Lessius *lib. 2. c. 3. dub. 3.* nam, quando res venditur Ecclesiæ, aut locis pijs, solis verbis fit emptio completa, & transfertur dominium, sicut etiam beneficia Ecclesiastica per solam collationem, & acceptationem transferuntur suppletibus verbis pro traditione. Sic ergo in contractu matrimonij absque alia actione externa, per sola verba significantia traditionem perficitur contractus, non minus, quam si realis traditio externa intercederet. Vnde, licet post emptionem rei sine traditione factam eadē res secundo emptori vendita, & tradita transeat in eius dominium regulariter loquendo, vt constat ex legibus adductis apud eundem Lessium *d. c. 21. dub. 29.* In matrimonio tamen certum est, postquam celebratum est per verba de presenti etiam absque alia traditione, non posse validē transferri ius in corpus coniugis in alium quacunque etiam traditione sequuta. Habent ergo verba illa, quibus Matrimonium perficitur, vtramque vim, scilicet obligationis, & traditionis, quæ possent separari, & fieri singulæ per signa diuersa: quare quando eadem verba gerunt vtrumque munus, ibi possumus distinguere virtualiter traditionem, & obligationem personalem, & dicere, quod verba illa, vt sunt traditio corporum, sint materia, vt verò sunt verba inducentia obligationem personalem, sicut alia verba, sint forma, eo quod habeant in se simul illa duo, quæ in contractu emptionis inueniuntur regulariter in verbis simul, & in traditione rei venditæ; & habeant etiam in se simul totam rationem signi, quam habent inter se diuisam in sacramento ordinis verba, & traditio calicis & patenæ, vel alterius materiæ; quare significare possunt, & per modum materiæ, & per modum formæ.

Lessius.

Vnde in Matrimonio habent vim obligationis & sic ad formam, & traditionis & sic ad materiam pertinent.

30.

Verba sunt æquiuocaliter res & æquiuocaliter traditioni physica.

31.

Sufficit vt verba sint æquiuocaliter, & rei formaliter, vel contra.

Per hæc autem non intendimus excludere ipsa corpora contrahentium omnino à materia remota illius sacramenti: solum enim querimus de materia proxima, quam diximus non esse ipsa corpora, sed traditionem corporum, quæ aliquando fit per realem traditionem, aliquando per verba, quæ tamen sunt æquiuocaliter res, quatenus æquiuocaliter traditioni physica & reali, & vt sic sunt materia proxima sacramenti.

Vnde iam constat, quid dicendum sit ad obiectionem principalem, iuxta hanc explicationem: dicimus enim, in hoc sacramento interuenire etiam res, & verba, non quidem semper formaliter, sed aliquando virtualiter, & æquiuocaliter. Nam quando matrimonium perficitur per realem traditionem corporum, nempe per copulam carnalem maritali affectu habitam, vt supra diximus; tunc interueniunt formaliter res, verba verò solū virtualiter, & æquiuocaliter, prout includuntur in illa traditione reali corporum: quando verò è contra Matrimonium fit per sola verba, absque illa reali traditione, tunc interueniunt formaliter verba, res autem seu traditio realis interuenit virtualiter, & æquiuocaliter prout includitur in illis verbis suppletibus pro traditione reali: nec hoc est vllō modo contra intentionem Eugenij Pontificis in illo decreto, ipse enim post illa verba generalia, fallus est in §. *septimum sacramentum*, in matrimonio non semper interuenire verba, sed regulariter; aliquando enim fieri potest per signa, sic enim ait: *Causa efficiens matrimonij regulariter est mutui consensus per verba de presenti expressus*; ergo quod prius dixerat omnia sacramenta perfici rebus, & verbis, nō intellexerat vniuersaliter de verbis, & rebus formaliter, sed de verbis, & rebus

formaliter, vel æquiuocaliter. Qui sensus confirmari potest iterum ex eodem decreto, in quo postquā dictum fuerat, res in sacramentis esse materiam, & verba formam; postea in §. *Quantum Sacramentum*, loquendo de sacramento Pœnitentiæ, assignantur pro materia actus pœnitentiæ, nempe cordis contritio, otis confessio, satisfactio; vt confessio vocalis, quæ constat verbis solis, ponitur vt & pars materiæ, quam tamen superius dixerat esse res, quia nimirum, confessio illa, licet verbis fiat, est per accidens, cum æquē bene possit nutibus, vel Scriptura à pœnitente presente fieri. Fatendum ergo est, illam distributionē in res & verba, vt res sint materia, & verba forma sacramentorum, non esse ita litteraliter, & strictè accipiendam; sed quia maiori ex parte res, & non verba solent esse materia, & è contra verba & non res solent esse forma, ideo à frequentibus contingentibus res dictas esse materiam, & verba formam.

Obicitur aliquis non posse hanc explicationem adoptari verbis Eugenij; nam Pontifex, ita vult interuenire res, & verba in sacramētis, vt res sint materia, & verba sint forma; materia autem, & forma debent distinguī omnino inter se: nihil enim potest esse forma sui ipsius, sed alterius; ergo præter ipsa verba contrahentiū, debent inueniri in sacramento Matrimonij aliæ res; quæ sint materia, quæ distinguantur omnino à verbis. Respondetur, hanc difficultatem pariter procedere contra sententiam secundam supra adductam P. Vasquez, & aliorū, quæ ponit, materiam esse ipsos contrahentes; nam Pontifex etiam distinguit materiam à ministro sacramenti, dicit enim *hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus, tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri*. Ecce ponit ministrū, tanquam distinctū à materia; cum ergo contrahentes ipsi sint ministri in illo sacramento, vt docent fere omnes Theologi, non poterunt ipsi esse materia. Similiter eadem difficultas vrget contra Suarez, & alios, qui eadem verba ponunt esse materiam, sub ratione traditionis, & formā sub ratione acceptationis; nā hæc due rationes nō distinguuntur realiter, in verbis, sed ad summum virtualiter. Omnes ergo debemus dicere, Pontificem non intendere in presenti, ponere illa tria realiter distincta inter se in omnibus sacramentis, sed realiter, vel virtualiter; possunt enim aliquando illa in Matrimonio esse realiter distincta, si v.g. copula carnalis, vel aliqua traditio reali corporis, & verbis simul perficeretur matrimonium, tunc enim traditio illa, vel copula gereret munus materiæ, & verba gererent munus formæ: aliquando verò possunt solū virtualiter distinguī, vt contingit regulariter, eo quod eadem verba secundum diuersas formalitates, vtrumque munus gerant, vt dictum est.

Hinc solui potest similis obiectio, quæ potest fieri ex eodem sacramento Matrimonij, in quo aliquando è contra nulla interueniunt verba, sed sola res; vt quando nutibus, vel signis celebratur, absque verbis, & vrgeri potest ex casu quo perficeretur per solam copulam carnalem, prout contingere potest. P. Vasquez in *presenti d. disp. 129. num. 12.* respondet, Pontificem sese declarasse, dū addit Matrimonium regulariter fieri per verba, vbi satis innuit, suam doctrinam præcedentem non debere vniuersaliter intelligi de omnibus sacramentis, quod omnia perficiantur sēper rebus, & verbis, sed debere excipi matrimonium, quod aliquando non perficitur verbis, P. Suarez respōdet, nutus illos, & signa esse æquiuocaliter verba, cum eo modo contrahentes expriment suum consensum, quasi per quædam verba. Vtraque solutio in idem fere recidit, sed hæc responsio videtur

32.

Obijciunt.

Responso.

Vasquez.

Sufficit vt illa tria assignata ab Eugenio distinguantur virtualiter.

33.

Similis obiectio.

Vasquez.

Suarez.



videtur esse magis iuxta nostrum modum loquendi; sicut enim quando fit solis verbis, diximus, interuenire res aequiualeuter, quatenus illa verba continet quandam traditionem realem corporum: sic quando fit sine verbis formalibus, dicendum est interuenire virtualiter verba, quatenus illi nutus, vel illa corporum traditio continet aequiualeuter verba, quibus exprimitur consensus internus.

## SECTIO II.

*Utrum res & verba in Sacramentis habeant se per modum materiae & formae.*

34.  
S. Thom.  
Eugen. I V.  
Augustin.

Communis, & recepta Theologorum sententia affirmat cum S. Thom. in *praesentia* art. 6. quem modum loquendi usurpauit Eugenius I V. Pontifex in decreto illo sapè allegato, & videtur desumptus ex Augustino *tract. 80. in Ioan.* dicente: *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Vbi illa vox, *accedit*, videtur significare, quod verba in sacramentis adueniant rebus, sicut forma solet aduenire materiae; illud enim, quod accedit, seu aduenit, videtur, esse posterius, & vltimum, quod est proprium formae, nam forma est quae dat vltimum esse rei: dicuntur autem verba potius accedere rebus, quam res verbis; quia sicut in composito physico forma determinat materiam, quae de se erat magis indifferens, ut componeret hominem vel equum, forma autem sicut in se est magis determinata ad equum, v. g. sic determinat indifferentiam materiae; ita in Sacramentis res de se erant magis indifferentes ad significandum hoc vel illud, nam in sacramento Ordinis, v. g. traditio calicis, & patena posset significare traditionem ad custodiam, vel ad ministrandum vel ad alia aduenientibus autem verbis, *Accipe potestatem offerendi sacrificium, &c.* iam illa indifferentia materiae determinatur ad significandam traditionem potestatis sacerdotalis, & sic de aliis sacramentis: vnde merito Theologi appellarunt verba sacramentalia, formam, res vero, materiam sacramenti.

Verba sunt  
forma, quia  
sunt magis  
determinati-  
ua.

35.  
Quid olim  
nomine forma  
sacramenti  
apud Patres  
intelligeretur.  
Augustin.

Hic tamen obiter advertendum est, olim apud Patres per formam sacramenti non idem omnino significati solitum fuisse, sed paulò latius illud nomen fuisse usurpatum, scilicet pro formula, seu ritu obseruari solito in, administratione sacramenti. Constat autem haec acceptio ex Augustino in primis multis in locis, sed praesertim *lib. 1. de peccatorum meritis, c. 34.* vbi contra Pelagianos probat, dari in paruulis nondum baptizatis peccatum originale; idque deducit ex ritu, quo baptizati solent paruuli, scilicet exorcizando illos, & eiciendo Diabolum ab eorum mentibus per insufflationem, & alias caeremonias Ecclesiasticas, quae ostendunt, in iis pueris ante lauacrum habitare Daemonem per peccatum. Hoc autem argumentum, quo frequenter vitur ad hoc probandum, appellat argumentum desumptum à forma Baptismi. Quid (inquit) de ipsa forma sacramenti loquar? vellem, aliquis istorum, qui contraria sapit, mihi baptizandum paruulum asserret. Quid in illo agit exorcismus meus, si in familia Diaboli non tenetur? ipse certe mihi fuerat responsurus pro eodem paruulo, quem gestaret, quia ille pro se respondere non posset. Quomodo ergo dictum erat, eum renunciare Diabolo, cuius in eo nihil esset? Quomodo conuerit ad Deum, à quo non esset auersus, credere inter cetera remissionem peccatorum, quae illi nulla tribueretur? &c. & tandem concludit: *Falsam igitur vel fallacem paruulis tradi baptismatis formam, in qua sonaret, quod vtrique agi videretur, & tamen nulla fieret remissio peccatorum, viderunt aliqui eorum, nihil execrabilius, ac detestabilius dici posse, atque sentiri.* Vbi aperte P. Ioan. de Lugo de Sacramentis.

Apud Augu-  
stinum forma  
pro formula  
vel ritu.

constat, formam Baptismi appellari ab Augustino totam illam formulam, seu ritum Baptismi, quatenus comprehendit exorcismos, renuntiationem Diaboli, symbolum, & fidei professionem, &c. & in eodem sensu, *lib. 1. de nuptijs & concupiscentia, c. 20.* dicit, ex veritate sacramentorum hoc ipsum comprobari. Ab hac igitur (inquit) potestate tenebrarum, quarum est Diabolus princeps id est, à potestate Diaboli, & Angelorum eius, quisquis erui, cum baptizantur, negauerit paruulos, ipsorum Ecclesia sacramentorum veritate conuincitur, quia nulla haeretica nouitas in Ecclesia Christi auferre vel mutare permittitur, regente, atque adiuuante capite totum corpus suum pusillos cum magnis. In veritate itaque, non in falsitate potestas Diabolica exorcizatur in paruulis, eique renunciant, quia per sua non possunt, per corda & ora gestantium, ut erui à potestate tenebrarum in regnum sui Domini transferantur. In quibus verbis per sacramenta intelligit totum illum ritum praeuium exorcismi, renuntiationis, &c. & ideo dicit, sacramenta fore falsa, si non sit peccatum, nec Diabolus in paruulis, cui renunciant, & propter quod exorcizentur. Idem argumentum virget Augustinus aliis in locis, in quibus illam, quam hic appellaue- rat formam sacramenti, appellat ritum; sic loquitur *Epistola 105. ad Sixtum*, paulò ante finem, vbi de iisdem Pelagianis: *Circumstipantur enim (inquit) & diuinarum auctoritate lectionum, & antiquis traditio, & retento firmiter Ecclesiarum in Baptismo paruulorum, ubi aperissime demonstratur, infantes, & cum exorcizantur, & cum ei per eos, à quibus gestantur, renuntiare respondere à Diaboli dominatione liberari.* Idem ergo apud Augustinum est ritus, & forma Baptismi.

Confirmatur  
per alium lo-  
cum.

Hunc etiam modum loquendi usurparunt Patres Concilij Mileuitani, cui interfuit Augustinus c. 2. cuius verba referuntur in cap. *Placuit 153. de consecratione dist. 4.* *Placuit, (inquit) ut quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expiatur, (vnde sit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur), anathema sit.* Quae verba, cum ab Augustino ibi praesente, & eo argumento sapè vtente, desumpta fuerint, non est dubium, quin in eodem sensu fuerint usurpata sumendo formam pro formula, seu ritu baptismi. Vnde rursus fit, eadem verba quae ex eo Canone transcripta sunt, & usurpata à Patribus in Concilio Tridentino, sess. 5. in decreto de peccato originali, debere etiam in eodem sensu intelligi; nam licet tempore Concilij Tridentini apud Scholasticos iam nomine forma intelligerentur verba essentialiter requisita ad valorem sacramenti, cum tamen Patres ibi usurpauerint Canonem integrum Concilij Mileuitani, retentis eis verbis, non expediebat illa verba in alia diuersa significatione accipere, sed in illa eadem, quae à Patribus Mileuitanis fuerant usurpata. Quem modum loquendi usurpauit etiam Innocentius I V. in commentariis super cap. *Presbyter*, de sacramentis non iterandis: vbi ait, tempore Apostolorum formam qua ordinabantur ministri, fuisse manuum impositionem, nec aliam tunc fuisse formam seruata, vbi per formam intelligit modum ordinationis, non id quod nunc intelligimus, nam impositio manuum magis erit materia, quam forma, ut constat.

36.  
Conc. Mile-  
uit.

Conc. Trid.  
In quo sensu  
verba Mile-  
uitani à Tri-  
dente, usur-  
pentur.

Innoc. I V.

Ex quibus obiter soluitur etiam argumentum quod fieri posset ex illis verbis Tridentini ad probandum, B. Virginem Deiparam contraxisse maculam originalem; quia nimirum ex mente Tridentini, si infantes non haberent peccatum originale, forma Baptismi esset in ipsis falsa, sed B. Virgo iux-

37.  
Quomodo B.  
Virgo fuerit  
baptizata.